



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 85. Si Titius & Berta sint consanguinei in gradu mixto ex quarto & quinto, an sint impediti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

extremam necessitatem propagandi genus humanum, adeoque videretur Deus tum quasi dispensare. Quamvis alii cum *Avers.* q. 16. f. 1. putent, pro tali casu judicandum fore, quod Deus vellet finem humanæ generationis, nisi aliter provideat. Saltem docet *Pign.* tom. 7. consult. 22. n. 1. Deum absolutè posse etiam pro primo gradu dispensare.

611. §. 4. *Sor. Vasq. Bellarm. Valent. Ledesm. Bonac. Henriq. Perez, Sanch.* d. 52. n. 11. putant Matrimonium in 1. gradu lineæ transversæ, nempe fratris cum sorore, esse Jure naturæ irritum, nam Ecclesia, quamvis rogata, nunquam dispensare voluit. Contradiciunt *Alens. Scor. Caj. Hurt. Dian.* p. 4. t. 4. R. 93. *Pont.* l. 7. d. 32. n. 3. *Castrop.* d. 4. p. 7. *Avers.* supra; aliàs Matrimonium non fuisset licitum inter proles Adami, & Deus debuisset aliter providere propagationi humanæ; hinc putant esse Juris positivi, divini, & ecclesiastici.

612. §. 5. Si infideles contraxerint in gradu per Ecclesiam prohibito, & postea baptizentur, non ideo separari possunt, *Cap. De infidelibus 4.* De consang. & affin. nam non erant subjecti Ecclesiæ, dum contraxerunt, ergo etiam non tenebantur ejus impedimento. *Nec obstat*, quod infidelis conversus, si sit bigamus, sit irregularis, quod etiam à statuto Ecclesiæ provenit, nam, quod sit bigamus, est ex natura rei, sive sit fidelis, sive infidelis, quod autem bigamus prohibetur suscipere Ordines &c. hoc solum est à statuto Ecclesiæ.

613. Q. 85. Si Titius & Berta sint consanguinei in gradu mixto ex quinto & quarto, an sint impediri. Ratio dubitandi est, quia reipsa contingunt se in 4. gradu,

du, hinc qui in 4. & 3. se contingunt, debent explicare etiam tertium, ut in hoc etiam specialiter dispensetur, ergo similiter hinc. R. non esse impeditos, uti expressè habetur Cap. fin. *Vir qui*. De consanguinitate; nisi alicubi fuisset hætenus contraria consuetudo, propter quam aliud decernitur, ibid. Cap. 3. *Si dilectio*, quod pro isto tantum loco dicitur, ut ne fieret novitas in populo isto: Hinc *Sanch.* l. 7. d. 53. n. 5. & *Avers.* q. 16. f. 1. docent cum communissima, tales posse contrahere, quamvis ex una parte attingeretur etiam primus gradus. Ratio est, quia licet Titius sit in primo gradu v. g. cum Cajo, & Berta sit in 5. gradu cum eodem Cajo, tamen Berta non est cum Cajo conjuncta in ullo gradu impediante, cum ultra 4. gradum non extendat se impedimentum, ergo Titius & Berta etiam inter se non sunt in ullo gradu impediante, nam gradus contingentie inter se debet desumi per respectum contingentie ad stipitem, qui est Cajo; hinc ad rationem oppositam patet responsio, nam etiam ratione 4. gradus oritur impedimentum, ergo non est mirum, quod illius debeat fieri mentio: hic autem ostensum est ratione 5. gradus nullum oriri impedimentum.

Q. 86. *Quid addendum sit circa impedimentum* 614. *criminis. R. §. 1.* Univerſim poſſet impedimentum criminis diſtingui quadruplex; 1. Machinatio concurrente utraque parte cum intentione Matrimonii cum conjuge ſuperſtite. 2. Machinatio unius tantum partis ex intentione Matrimonii, & adulterium abſque alio contractu vel promiſſione Matrimonii. 3. Adulterium cum contractu vel promiſſione Matrimonii. 4. Raptus, de quo à n. 630.

Cc 3

§. 1.